



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

NATIONALBIBLIOTHEK
IN WIEN

134144-B

ALT-

134144-B

MICHAELIS RHODII,

J. U. L. & P. P. EXTRAORD.

**JURIS CONSUL-
TUS PHILOSOPHUS,**

SEU

VIR BONUS,

VERAM, NON SIMULATAM PHILOSOPHIAM
AFFECTANS,

ORATIONE SOLENNI

AD SENATUM & QUIRITES LITERARIOS

IN UNIVERSITATE VIADRINA


prid. Kalend. Febr. MDCIC.

propositus.

Accesfit PROGRAMMA

jam ante publicatum

de eadem materia.



Francofurti ad Viadrum,

Apud JOHANNEM V OELGKER, Bibliopol.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS,
DN. PAULO à FUCHS,
Serenissimi atq; Potentissimi Electoris Brandenburgici
Status Ministro & Consiliario Intimo,
Consistorii Præfidi,
& Rerum Ecclesiasticarum Feudaliumque
Directori Eminentissimo,
Domino in Malchau / Heinersdorff /
Fuchshöfen / &c.

&

DN. JOACH. MARTINO
de **UNVERFEHRT,**

Ejusdem Serenissimi atq; Potentissimi Electoris Bran-
denburgici Consiliario Intimo,
& per Ducatum Mindanum Cancellario
Splendidissimo,

*Patronis suis ac Macenatibus
demississime venerandis.*



*ILLUSTRISSIMI
DOMINI,*



Ua voluntate & fide publicum leges interpretandi munus, ab Augustissimo ELECTORE ex consiliis præcipue Vestris indulgentissime mihi collatum, susceperim, in conspectu Academiæ Viadrinæ, & confesfu Patrum ejusdem conscriptorum, juvenumque studentium coetu, inter aras & pulvinaria Themidis, rite & solenni-

lenniter declaravi. Hanc confessionem meam viva voce factam nunc in scriptis repetere, & ad Domos Vestras, patriæ universæ oracula, & afflictæ innocentiae arces, tutissimæque refugia, verecundiae ac pietatis plenus efferre audeo, & in manibus denique Vestris deponere, quibus salus mea continetur. Patiemini, spero, ut *ſcitus Philosophus*, cordatus cultor Justitiæ, & quicquid de illo discrui, eodem loci requiescat, ibidemque præsidium suum inveniat, ubi cana & sancta Æquitas inter Vos residens ac lances tenens, suum cuique expendit ac tribuit. Si quid apte, & convenienter de tanto Viro, tam Venerando Juris Sacerdote, elocutus sum; Oratio mea speculi vice penes Vos fungetur, & Vestros mores, Vestram eminentiam, Vestræ felicitatis gradum sublimem, & robur invictum Vobis ante oculos statuet, & beatitudinem & tranquillitatem gentium Brandenburgicarum beneficio PRINCIPIS, & ministerio Vestro acceptam feret. Sin autem pusillus nimis & abjectus sermo materiæ fastigium & amplitudinem æquare non potuit, permittatis, quæso, ut à Vobis splendorem suum accipiat, quem ipse non habet, & id, quod omnibus estis, mihi etiam esse non dedignemini, nempe Soles & astra præsentissima, quorum radiis non tantum montes summi & rupium editarum cacumina, sed valles quoque & ra-

dices montium serenantur. *Viro bono*, cujus officia circumscribere laboravi, nihil formosius rerum natura excogitavit. Nihil itaque est, cui Tituli Vestri & lux Nominum illustrissimorum melius præscribantur, nihil quod Vestris Penatibus consecrari, & Domuum Vestrarum penetralibus intimis magis recipi mereatur, quam idem ille *Vir Bonus*, *Œtus Philosophus*, cujus pulchritudinem si Zeuxis quidam depingere sustineret, exemplum animale à Vobis peteret. *Œti* est, scire ac posse, *Philosophi*, velle; utrumque adeo Vestrum, ut si è regionibus nostris Aithra ad Superos avolasset, Eurydicen inferi rapuisent, ambæ Vestrarum virtutum concentu admirabili revocarentur. In exilium è conspectu Vestro profugiunt flagitiorum & iniquitatum infelicia monstra; & ubicunque signatis vestigia, ibi pax & salus, & æquum bonumque progerminant, & efflorescunt, & jucundissimos fructus ferunt. Falluntur Philosophi, qui in omni vita nihil esse ad laudem illustrius, quam calamitates, existimant. Vestram enim felicitatem bene ac sapienter, ut facitis, moderari, quanto aliis superiores estis, tanto Vos submissius gerere, nullo vitiorum confinio & contactu in tanta vitiorum circumstantium occasione & ubertate lædi, divitiarum contubernio non corrumpi, voluptatum oblatarum deliciis non ef-

foemi-

foeminari aut diffluere, dignitatis præcipitiò non labefieri, nec fulgore præstringi; longè difficilior & gloriosior, & magnificentior est, quam in rebus adversis, ubi libidinum & illecebrarum materia nos sponte destituit, castum & temperatum animum retinere. Quippe nivibus atque Alpibus & castrorum periculis invictus erat Hannibal; at luxu & hybernis Campaniæ domabatur: & tot heroës magnanimos antiquitas refert omnibus quidem fortunæ minis fuisse interritos; ejusdem verò blandimentis enervatos turpiter cecidisse. Sed ut ab omni adulationis specie tantum abesse videar, quantum revera abssum, & quantum eam abesse decet à finibus Orationis de *Jcta Philosopho*; non incipiam Vestras virtutes hic celebrare, ne nunquam possim desinere, cum earum prædicatori in tanta rerum copia modum verborum tenere & difficile sit & inhonestum. Fama, summorum hominum liberrima judex, Vestras laudes ad sempiternam memoriam temporis adeò propagabit, ut eas annales populi Germani, & inclyta literarum monumenta, & extrema posteritatis secula locutura sint. Ego vero, quamdiu vita suppeditat, sacro intentoque silentio admirabor virtutes Vestras, & sicut in Vestris actionibus vitæque oculis omnium expositæ cursu, tanquam in theatro splendidissimo, pulcherrima *Jcti Philosophi*

loſophi opera & ſpectacula intuebor; ita rurfus
in *Jcto Philoſopho* Veſtras imagines deprehen-
dam, Veſtræ gloriæ immortalitatem venerabun-
dis proſpiciam. Valetè, mea & Patriæ Sydera;
& Veſtro nitore tenebras & caliginem à *Jcto Phi-
loſopho*, qui Vobis tanta fiducia conſecratur, de-
fendite. — Francofurti ad Viadrum Iſtis Idib.
Maj. Ao. M DC IC.

VESTRUM

Integerrimus Cultor

MICHAEL RHODE.

MICHAELIS RHODII,
 J. U. L. & P. P. EXTRAORD.
 JURIS CONSULTUS PHI-
 LOSOPHUS.

Tit.



Quod orbi erudito bene feliciterque
 eveniat, & Justitiæ atque Legibus emolu-
 mento sit ac præsidio, & Academiae præser-
 tim Viadrinæ faustum ac salutare DEUS esse
 iubeat, publice ingredior munus publicum, & Professo-
 rem Juris Utriusque Extraordinarium imperio & au-
 thoritate summi Principis, FRIDERICI III. constitu-
 tum, & vestro consensu & conspiratione, Patres conscri-
 pti, acceptum & introductum me esse, hodie primum
 solenniter inauguratoque profiteor. Quemadmodum
 enim in foro causam agentibus nefas esse videtur, nul-
 la præfatione adhibita, judici rem exponere; Ita ma-
 jores nostri rite ac providenter nos facturos esse cre-
 diderunt, si interpretationem legum aut alterius di-
 sciplinae publice nobis commissam non *illotis a manibus*,
 ut ait Cicus, sed circumspecte meditateque ordiamur,
 in consensu Patrum Academicorum, sermone aliquo
 honesto, qui officio suscepto conveniat, & quid nos
 simus, ostendat, quoniam *Oratio b vultus animi est*, & ea-
 dem plerumque *vitia c indicat moribus nostris inesse*, quæ
 in verbis apparent, & ejus *vitiam d temerariam*, & sedi-
 tiosam

a b. i. d. O. I.

b Sen. ep. 115.

c Cic. d. off.

L. 1. c. 37.

d Id. Brut.

c. 28.

A

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

tiosam clamitat, cujus vox *turbulenta* est. Quid autem dignius acribus vestris, Viri Excellentissimi, in mediis profertur, & qualem materiam aptiorem tam eruditis Auditoribus; qui omnes uno ore sapientiam petunt, & uno cursu ad eandem contendunt aut proponere, aut excogitare possim, quam *JCrum Philosophum*, Justitiæ sacerdotem omnibus numeris absolutissimum, sanctissimæ rei syndærum & purissimum Professore, qui & cupit, & potest ex legum præscripto vivere, qui & voluntatem & scientiam suam cuique tribuendi habet, & ut verbo omnia comprehendam, qui jus & novit, & amat. Certe favorem vestrum & attentionem, Auditores, mihi polliceor, quia de vobis virtutibusque vestris dicturus sum, qui omnes Philosophiam, multum Jurisprudentiam quoque sectamini. Ipse quidem tam arrogans minime sum, ut laudes *JCræ Philosophi* mihi attribuam. Video enim, quantum spatium ab ea perfectione scientiarum & virtutum distem. Quam obrem describendo præstantiam *JCræ Philosophi*, non prædicabo, qualis ego sim, sed regulam mihi definiam, qualem me esse deceat. Optimi *JCræ* exemplar ob oculos mihi ponam, & operam dabo, ut illud non tantum inanibus verbis, & quæ rerum effectibus nullus sequatur, sed imprimis vita exprimam. Nec quisquam vereatur, ne imbecillitatis meæ conscius, & desperatione debilitatus, experiri id nolim, quod me impetrare posse diffidam. *Nec*, enim turpe ducō non consequi, dummodo sequar, nec inhonestum esse puto, in *g* secundis sermone consistere, dummodo ad prima nitam, cum in rebus præclaris & arduis magna sint & ea, quæ sunt optimis proxima. At ne fines utriusque rei confundam, primum de *JCræ*, deinde

e l. f. C. d. don.

f. Sen. d. Ben. L. 5. C. 5. g. Cicer. ad Brut. d. Oration. a. 1. h. Id. d. l. c. 2.

JURIS CONSULTUS.

deinde *Philosopho* separatim agam, & tandem ambo-
rum officio jungam, & quam feliciter & pulchre conve-
niant, demonstrabo.

Jus esse *artem æqui & boni*, & *Jurisprudentiam Divi-* i l. 1. pr. d.
narum atque humanarum rerum notitiam, justis atq; injustis just. & jur.
scientiam, in primis legum cunabulis edocemur. Et
hujus artis *JCtus* sacerdotem atque antistitem esse,
Ulpianus non immerito asseverat. *Qui* igitur *Divi-*
narum atque humanarum rerum notitiam, justis atq;
injustis scientiam seu artem æqui & boni consecutus
est, JCti nomen recte sibi vindicat. Res profecto,
quæ cito cogitari, & pauculis verbis enuntiari potest,
sed non impetrari sine acutissima ingenii subtilitate,
& patientissima laborum assiduitate. Uti Ciceronis
quidem sententia *nemo k poterit esse omni laude cumula-* k d. orator.
tus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque ar- L. 1. c. 6.
tium scientiam consecutus; Ita nullam aut exiguam pla-
ne laudem videtur *JCtus* mereri, qui non disciplina-
rum omnium, quibus aliqua cum jure cognatio aut
affinitas intercedit, occultissima penetralia, quatenus
ad juris legumque causas cognoscendas inserviunt,
familiariter seduloque perspexerit. *Scire* enim *le-* l. 17. d. 11.
ges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potesta-
tem. Illud etiam pueri ac rudes formularii possunt:
Hoc nemo, nisi qui intellexerit probe, unde orian-
tur leges, & quo tendant. Fontem quidem juris
primævum & finem, esse unicum, accurate intuen-
tibus liquet, naturam scilicet, vel naturæ sapientissi-
mum opificem, & sempiternum legislatorem Deum;
uti mare omnium aquarum origo & receptaculum
est,

JURIS CONSULTUS.

est, quod eas & parit, & alit, & in se revoat. Sed quemadmodum ille Nili fontem proprium tamdiu quæsitum se invenisse ridicula vanitate gloriabitur, qui eum ex mari prodire asserit; Ita nec *Juris* proficiet, qui legis Regiæ aut Hortensiaë causam explicaturus, ab natura eam vellet repetere. Natura quidem communis parentis omnium legum est, non vero omnium mater, sed plurimarum maximeque civilium, avia, ut ita loquar, aut aviæ parens. Nam

- m Cic. d. ll. L. 1. c. 6. n ad Brut. d. orator. c. 44. it. pro Milon. c. 4.* ingeneravit omnibus hominibus, *rationem*, in primam & summam legem, insitam in natura, que jubet ea, que facienda sunt, prohibetq; contraria. Est in hac, teste Tullio, non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus: quam disciplina & institutio doctis o & necessitas barbaris, & mos gentibus, & hominibus DEUS præscripsit. Hæc ratio, Divinitatis igniculus, quatenus instinctum naturalem, quem ad conservationem nostri, generisque nostri cum multis animalibus communem habemus, moderatur & temperat, cognomen legis naturalis sortitur. Eadem quatenus homines humanitatis admonet, & æternæ justitiæ monumenta non fragilibus tabulis, sed mentibus pectoribusque infixata atque incisa conservat, universale jus hominum & lex humana proprie meretur dici, quæ non tantum inter homines iuste, verum etiam coram DEO pie atque humiliter, & in se caste sobrieque præcipit vivere, que p
- L. 2. c. 27. in f.* omnia extra publicas tabulas sunt, & quorum violationem

JURIS CONSULTUS.

nem non impunitam esse, solius rationis & conscientiae nostrae vox Divinitus intonat, licet cæterarum legum omnium sanctiones & poenae hic conticescant. Eadem ipsa ratio grävada tandem & prægnans quasi fit ex necessitatibus communiter subortis, & communia gentium populorumque jura adinvenit, & prognerat, cum ruinis humani generis ex fastigio pristinae felicitatis dejecti subvenit, cum & præmiorum invitamentis innocentiam allectat, & poenarum metu deterret malitiam, & bellorum crudelitate, propulsat injuriam, & dominiorum fines distingvit, ne ignavia impune ad pabula alienis sudoribus parta fedeat, & commerciorum usum frequentat, sicut abundantia succurrat inopiæ, & alia laboriosa ac sollicita nostrae imbecillitatis remedia comminiscitur & introducit. Hæc verò gentium hominumque jura quoniam cuilibet diversarum civitatum fortunæ & temporum conditioni non æque conveniunt, passim obliviscuntur rigoris sui & simplicitatis antiquæ, & Principum imperio cedunt, & sibi *aliquid* q *addi aut de-* q l. 6. d. just.
erabi passa, degenerant, unde immensa constitutionum & consuetudinum rebus tam publicis, quam privatis adhibitarum sylvæ ac seges ubertim pullulat. Quæ omnia rite memoria comprehendere, & judicio ponderare uti *JCtus* debet, ita non potest, nisi primum, perscrutetur primævam legum originem, & cum venatoribus speculatoribusque naturæ physicis DEum, hominemque, & mundum consideret. In naturali enim rerum constitutione certa juris primordia, & inconcussa legum fundamenta inveniet, quæ non de-

lebit

JURIS CONSULTUS.

lebit mutabilis legislatorum voluntas, non antiquitas
 & temporum fuga obliterabit, non rabularum & cau-
 fidicorum rixa divellet, non ambiguitatum tenebræ
 & inscientiæ nox sepelient. Quamobrem Delphi-
 cum imprimis oraculum *Jctus* futurus adeat, & sui
 ipsius naturam exploret, cujus cognitione imbutus,
 r Cic. d. ll. confitebitur, nos r ad justitiam natos esse, neq; opinione,
 L. 1. c. 10. sed natura constare jus. Deinde homines ceteros sui
 similes, & bestias sensu carentes hominiquæ obno-
 s Id. d. fin L. xias contempletur; & videbit, omnem s naturam esse
 s. c. 9. & conservatricem sui, omne animal se ipsum diligere, & ab in-
 seqq. teritu abhorrere, ipsam laurum: non sine strepitu exar-
 t Gramond. descere, ipsum ferrum candens u' non tingi silentio, sed cum
 L. 7. p. m. 365. multa murmure & quasi indignatione in aquis extingui,
 u Sen. nat. quæst. L. 2. omnes denique plantas, & arbores, & rupes inani-
 c. 17. matas pro sua cujusq; indole morti & exitio repugna-
 re, nec Deum quicquam frustra fecisse, ac propterea
 rebus omnibus vitæ & conservationis propriæ amo-
 w Sen. ep. 82. rem. w infudisse, & permanendi voluntatem, ac dissolutio-
 nis formidinem. Unde concludet *Jctus* naturæ ini-
 tiatus mysteriis, jura quoque omnia, naturæ præ-
 ceptis nunquam contraria, ad conservandum, nulla
 ad perdendum constituta, & ipsas pœnas, non ut ever-
 tant, comparatas esse, sed ut sanent ac restaurent, &
 suum cuique reficiant. Equidem assiduus naturæ
 discipulus assidua jurisprudentiæ suæ incrementa con-
 geret, & strenue lustrabit vestigia *Jctorum* veterum,
 qui ducem naturam nacti ad tantam sapientiam per-
 venerunt, & tam decoræ immortalitati sua nomina
 tradiderunt. Verum uti natura non sola legum om-
 nium

JURIS CONSULTUS.

innumum mater & causa est, ita nec sufficit ad perfici-
 endum *JCium*, sed præterea multæ ambages restant,
 multi anhelitus & difficultates, antequam ad culmen
 & apicem regiæ hujus artis pervenias. Natura docet
 esse Deum, nec ullam *x gentem usquam adeo extra leges*
moresq; projecit, cui non persuaserit, & in animo *y quasi*
insculperit, Deum sceleribus vindicem imminere præ-
 fidemque virtutibus. *Neque enim homo est, qui non*
habeat etiam sine doctrina anticipationem quandam sive
prænotionem Dei, ex qua insita nobis vel potius innata Dei
cognitione, Deum esse, necessario intelligimus. Non minus
 lex naturæ præcipit, Deum *a pietate & sanctitate placan-*
dum esse, & religiose b colendum. Sed qualem habere
 Deum oporteat, ad id natura caligat, & hoc *JCius a*
 Theologis petit, imo ab ipso Deo, qui se nobis pate-
 fecit, Romanis abscondidit, *g* Legum quidem cœ-
 terarum observantissimæ, sed in Deorum inquisitio-
 ne & reverentia vel negligentissimæ, vel stultissimæ,
 quæ non *religione c colebatur*, sed *superstitione violabat*.
 Adeo ut admiratione dignū sit, Deum huic populo, cui
 tam ignotus & invisus erat, tam faventē fuisse atq; bene-
 volū, ut non tantum armis ejus, sed legibus quoq; totum
 pene terrarum orbem subjecerit: & illum Papinianum,
 tam alienum à Dei cognitione, tamen solius naturæ
 auspiciis & afflatu non tantum in juris scientia, verum
 etiā in virtutum Doctrina usque eo pervenire po-
 tuisse, ut agnoscat, & Divino prorsus, non mortali o-
 re confiteatur, quod *ea facta, d qua pietatem, existima-*
tionem, vereturiam nostram cadunt, nec facere nos posse
credendum sit. Cum igitur in tam spissā Romanæ i-
 gno-

x Sen. ep. 117

y Cic. d. nat.

Deor. L. 2. c.

4. inf.

z Id. d. nat.

Deor. L. 1. c.

16. 17.

a Id. d. off. L.

2. c. 3.

b l. 2. d. just.

& jur.

c Sen. d. dem.

L. 2. c. 5. pr.

d l. 15. d. com.

dir. inst.

JURIS CONSULTUS.

gnorationis caligine inter muta naturæ indicia homi-
 nes literati tantum sapientiæ spatium emetiri potu-
 erint, quam furpis & intolerandus nostræ ætatis so-
 ret *JCellus*, quem viva Dei vox salutaribus præceptis
 instituit, & cui clarissimum cœli lumen præfertur ad
 dispiciendam animo veritatem, si à Papiniano aut e-
 jus magistro scævola vel in juris & æquitatis, vel in
 virtutis & honestatis indagatione superari se patere +
 rit. Quippe nec in Ethicorum scholis mediocriter
 versatum esse *JCellum* oportet, quoniam non solum e-
 quid liceat ipsi, considerandum est, sed & quid honestam
 sit, quantumvis alias in foro humano inter jus & virtu-
 tem tanta differentia intercedat, quanta inter neces-
 sitatis duritiem & liberæ voluntatis inclinationem. Li-
 cet enim Deus & lex naturæ virtutis non minus, quam
 juris observantiam nobis imperet, & ipsis animis ac
 voluntatibus nostris regulas & præcepta religionis ex-
 hibeat, quia Deus voluntatis quoque occultissimum-
 que cupiditatum solus inquisitor & iudex est; tamen
 in terrarum tribunalibus, hominumque judiciis, virtua-
 omnis voluntaria g est, & injusta, & incoacta, & laudatur. h
 quidem, pramisiq. i afficitur, non autem imperatur, y
 nec pœnis absens attrahitur. — Quippe cogitationis &
 perversæque voluntatis pœnam nemo patitur, nec ava-
 rus, nec illiberalis, nec ingratus, nec cœteris vitio-
 rum maculis sparsus, sed solus injuriosus, & alieni ra-
 ptor aut corruptor supplicium & animadversionem,
 hominum, & ergastuli compedes, & tormenta carni-
 ficis expavescit. Beneficio hominem affici interest quidem
 hominis; Sed ille demum laudem beneficentiæ & libe-
 rali-

cl. 107. d.
R. L.

l. d. l. 2. d.
just. & jur.

g. Sen. ep. 66.
h. l. 1. S. 3. d.
peric. &
comm. rei
vend.

i. l. f. C. d.
stat. & imag.
kl. 18. d. pœn.
l. 7. d. serv.
export.

JURIS CONSULTUS.

ralitatis occupat, qui eam sponte sine ulla juris autem m l. 18. in f.
 facti necessitate in exercet. Nec beneficio, licet Bene- d. adim. vel
 ficium debitorum naturaliter sibi acquirat, actio ad gra- transf. leg.
 tias repetendas scripta est: Sed alteri licet inter ho- n l. 54. §. 1.
 mines beneficia oblivisci. Neque enim gloriosa p res d. furt.
 foret, gratias reddere, nisi tutum esset, ingratum fuisse. o. l. 25. §. 11.
 Hæc juris & virtutis confinia rite discernere, magnum d. H. P.
 est officium est, quibus turbatis misere confunditur, p. Sen. d. Ben.
 quod decet atq; honestum est, cum eo quod licet ac- nes. L. 3. c. 7.
 necessarium est, & hominibus omnis materia officii q Cicero. pro
 atq; laudis, & meritum gratiarumq; præripitur. Arch. c. 1.
 Et ita semper progredietur Juris Studiosus ab una r l. 12. d. stat.
 disciplina in alteram, & in unaquaque, quid sibi con- hom. l. 3. §.
 veniat, deprehendet, quia omnes q artes ingenue, quæ ad ult. d. suis
 humanitatem perducunt, communi quodam societatis vincu- et leg.
 lo continentur. Proinde nec dubitabit, Paulo & Ulpi- sl. 3. si pars
 ano præeuntibus, officinam Hippocratis frequentare, bered. b. 36.
 & addiscere, septimo r mense perfectum partum nasci, aut d. sol. et lib.
 cum eodem Paulo & Juliano Aristotelem interroga- t l. 56. d. u-
 re, quot receptacula s mulier ad concipiendum habeat. Se- u l. 15. §. 2. d.
 culum: longæva r senectutis terminum esse: Sexagesimo adopt.
 u anno generandi, quinquagesimo v pariendi facultate v l. 12. C. d.
 tem imminui & hebescere: Ad undecimum x usque legit. hered.
 mensem mulieres uterum non ferre: Ambiguam Her- x l. 3. §. p. d.
 maphroditi y formam ex appetitu sexus inculescentis suis et leg.
 æstimari: Venena r tam ad sanandum, quam ad occiden- N. 39 c. 2. pr.
 dum misceri, & tam ab amantibus, quam averfanti- y l. 10. d. stat.
 bus propinari, in legibus quidem satis clare docemur; hom. l. 15. §.
 Sed harum legum rationem nemo est, qui aut phy- 31. d. testib.
 sicis naturæ investigatoribus, aut medicis valetudinis z l. 3. §. 2. ad
 hu- L. Corn. d.
 sicar.

B

hu-
sicar.

IURIS CONSULTIS.

a l. 14. §. 7. d. ad. ed.
b d. l. 14. §. 4. c. l. 10. §. 3. d. t.
d d. l. 10. §. f. c. l. 12. §. 2. §. 4. d. t.

f. l. 32. §. 1. d. 11.
 humanæ custodibus acceptam non ferat. *Qui JCo-*
rum commentarios de ædilitio edicto compositos se-
 mel modo inspexerit, non negabit, Ulpianum etiam
 scientiæ medicæ haud exiguam partem animo imbi-
 bisse. Alioquin enim qua ratione decideret tot intri-
 catas quæstiones de arcanis a sceminarum imbecilli-
 tatibus, de vesica b incontinentia, de *myopibus* c, de va-
 riis d & variis, de *blasus* & *atypis*, de *gutturosis* e, *hircosis*,
strabonibus, & aliis morborum monstris, quorum ipsa
 nomina multis incognita & inaudita sunt? At pars
 tantum jurisprudentiæ est una vel altera, quæ notiti-
 am medicinæ efflagitat, ea nimirum, quæ hominem
 aut nascentem, aut pereuntem, & ejus jura confide-
 rat. E contrario nulla totius fere juris civilis portio
 est, nullus præcipue juris gentium publicique articu-
 lus, qui carere possit antiquitatis inquisitione, anna-
 liumque memoria, & quem *JCo* explicare sufficiat,
 nisi mores & consuetudines gentium, & rerum pu-
 blicarum ortus obitusque ex veteribus fastorum co-
 dicillis eruerit. Nunquam enim in concilium po-
 puli coierunt, nec viva voce aut scripto communia
 sanciverunt jura, sed *rebus & ipsis & factorum* usu, tan-
 quam suffragio tacito, *voluntatem suam* efficacissime
declararunt, quam *JCo* ignorabit, nisi evolvat histo-
 rias, & inde discat, quid ab omni ævo factum aut non
 factum sit, & quæ facinora judicio gentium compro-
 bata & recepta, quæ condemnata sint & rejecta. Pu-
 blica vero uniuscujusque civitatis jura licet scriban-
 tur vulgo, quemadmodum leges, quibus, tanquam
 fundamentis, status rei Romanæ sustinetur, in Aurea
 Bulla,

JURIS CONSULTUS

Bulla, & aliarum constitutionum monumentis expressæ sunt; tamen eorum veritas atq; fides demonstrari nequit sine historiis, tanquam gravissimis auctoritatibus & testibus incorruptis, quæ Sacro Sancto Germanorum imperio limites certos fixosque assignant, quæ Divini Principis nostri Justitiam, sive inferat arma, sive repellat, sive protegat amplitudinem regni sui, sive extendat, evidentibus argumentis illuminant, & adversarios oblatrantes iniquitatis convincunt. *Historia igitur testis temporum, lux veritatis, vita memoria,* g Cic. d. orator. L. 2. C. 9.
magistra vite, nuntia vetustatis, à JCo nequit abesse, & qui in ea hospes & peregrinus est, ejici debet ex numero JCo^{rum} & ex finibus Themidis exterminari. Sicut illorum *h brevisissima & sollicitissima ætas est, qui præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuro timent;* h Sen. d. brev. vit. c. 15. Ita augustissimo circulo Jurisprudentiam suam ille definiret, qui in tot humanarum legum mutationibus faciem earum præteritam & desuetudine inumbratam oblivisci, & eruditissimam doctrinam de origine Juris, & de Veteri Jure Enucleando contemnere sustineret. Idem etiam, quod præsens est, frustra intuebitur, & quid futurum sit, nulla ratione præsentiet, quoniam progressus ex primordiis percipiuntur; *& consilium i futuri ex præterito venit.* i Id. ep. 83. Quamobrem historiae soboles quasi & alumna quædam est sapientia custodiendæ civitatis, & ars rempublicam administrandi, *spes & pulcherrima, quæ Juvenes ad delubra* k prooem J. s. f.
 Justitiæ evasuros Imperator accendit, & decus præstantissimum, quod Viros ad Themidis fastigium eluctatos exornat; *ut l & sibi honori, & amicis utilitati,* l Cic. d. orator. L. 1. c. 8.

JURIS CONSULTUS.

m Liv. pro- & reipublica emolumenta esse possint. Hoc in enim illud est am.

præcipue in historia & transactæ ætatis recordatione, salubre ac frugiferam, illustria tam virtutum, quam virtiorum exempla domi forisq; obvia contemplari, & inde capere, quod tibi tuæq; patria utile & necessarium sit, & utare fœdum inceptu, fœdum exitu, præclaras vero & gloriosas majorum naty effigies imitando exprimere. Tempus me, Auditores, destituet, non oratio, aut dicendy copia, si pergam JCr officia explorare, & verbis comprehendere, quanta res sit sacerdos Justitiæ. Nihil dum enim dixi de dialectica, seu differendi, & veritatem indagandi scientia, prima Juris & cœterarum artium magistra & effetrice, qua

n l. 19. ad daciorem assultus dejicere, & calumniatorum a verba exhib. captantium insidias declinare, & acervales o argumentati

o l. 65. d. R. ones & cavillationum ludibria digno risu vindicare va J. l. 177. d. lemus. Omisi castra, & bellicos tumultus, & armorum discordiam, quæ suas leges non minus habent,

p Liv. L. 5. quam pax & otium, & quorum p jura non minus justis, C. 27. quam fortiter sunt gerenda, & quorum æqvitas aut injuria perinde à JCrto examinanda & expendenda est,

q Gramond. quam lū q inter privatos, de termino moto coram judice L. 14. p. 647. in foro contestata. Non attigi eloquentiam, JCrto decus, & militum togatorum præsidium, cujus ope

s l. 14. C. d. causarum & Patroni in rebus tam publicis, quam privatis la- ad. div. jus pfa erigunt, fatigata reparant, innocentis succurrunt, oc-

currunt malitiæ, & magnificæ vocis unanimi consili, s d. orator. rerum, laborantium spem, vitam & posteritatem propugnant.

L. 2. C. 8. Verum est, quod Cicero ait, nihil esse perfectior oratore

s. Id. d. orat. præclarior, nihil traxit in latinum genere. Sed & illud L. 1. C. 28.

non

JURIS CONSULTUS.

non minus verum esse existimo, sine jurisprudentia nullum perfectum oratorem usquam inveniri posse aut existere. *Ex rerum u enim magnarum, quas JCtus u d. L. 1. C. 8. percepit, cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.* Quomodo enim quæso, nisi turpiter & jejune orator, *w l. 2. §. 43. causas w orabit, unde nomen habet, & quod præcipuum ejus officium est, si jus in quo versetur, ignorat? d. O. 7.* Quare nec subirasci debemus Romanæ eloquentiæ Patri & oratorum illustrissimo, quod oratores JCtus antepone non erubescat. *Sic x nonnullos, inquit, videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire, ut ajunt in Græcis artificibus, eos aulædas esse, qui cisbarædi fieri non potuerint.* Orator enim in isto loco nihil aliud significat, quam JCtum absolutissimum, qui quas res probe intelligit, de his eloquentissime disputat: Sanctum vero JCtorum nomen profano quodam & sacrilego dicendi usu iis tribuitur, qui *x pro Murren. c. 13.* in singulis, y legum literis & verborum interpunctionibus occupati, præclaras legum constitutiones perverso ingenio depravabant, & quorum mysteria z prudentie inanis- *z c. 12.* sima, fraudis & stultitiæ plenissima erant, & inter quos anxie differebatur, *panens z ancilla sine in fructu habent. a d. fin. L. 1.* *aus, neglectis iis, quæ vitam omnem continent.* Hos magis consentaneo nomine idem alibi legulejos b nuntupat *b d. orator cautos atq; acutos, præcones actionum, cantores formularum, L. 1. C. 55.* *caucupes syllabarum, quorum inconsulta scientia voracissimæque jurisprudentiæ ancilla & pedeseca est.* Non itaque Cicero tam infans aut mentis inops fuit, ut eloquentiam juri præferat; Sed JCtum disertum pluris æstimandum esse, quam mutum vel balbum, merito

JURIS CONSULTUS.

rito existimavit. Licet enim *JCrus*, qui silet, aut hæsitat, aut in obscuro angulo sibi vivit, & ignobili otio ætatem fallit, eandem & sæpe majorem scientiam habeat, quam is, qui facundiæ suæ conscius, magna voce coram tribunali causas agit, vel in cathedra leges explicat; tamen hic, quam ille, longe plus emolumentum reipublicæ confert, & solus jurisprudentiæ-interpres appellari potest, cum alter ignavus tantummodo & inutilis legum contemplator sit. Quamobrem omnium magnarum artium & disciplinarum, quæ in *JCro* concurrere debent, quasi clausula quædam esto eloquentia, *JCro* facillima, & dignissima. Facillima quidem, quoniam, ut Socrates ait, omnes

e Cic. *ibid.*

6. 14.

d L. 3. C. 31.

e in eo, quod sciunt, satis sunt eloquentes, dummodo orationis faciunda ac polienda ignari non sint; & quo d major honestas & dignitas est in rebus, de quibus dicitur, eo inferior magnificentia affunditur verbis. Dignissima vero, cum tanta rerum præclarissimarum copia, tanta majestas appareat in jurisprudentia, ut sacrilegii instar esse videatur, Divina ejus præcepta aut taciturnitate involvere, aut ore vulgari & fordido disseminare. Jus quidem æque formosum manet, licet indiferto & incondito stylo mandetur literis, uti pulchritudo uniuscujusque rei eadem est, etiamsi nox superveniat, aut velamenta obducantur. Sed quia non sufficit, jus pulchrum esse, nisi ejus pulchritudo videatur & appareat; ideo suam juris scientiam quasi polluant & conspurcant *JCrus*, qui de jure neque dist-

e Cic. *Tusc.*

2. c. 3.

stinete, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribunt aut differunt. Lectio enim sine delectatione negli-

negli-

JURIS CONSULTUS.

negligitur; & aurium f sensus fastidiosissimus sæpe asper-
natur res maximas, vitio oratoris, qui de iis verba
facit exiliter exanimata. Conticescat itaque Lin-
 gva infelix, & stylus hebes quietem servet: At
 prodeat in lucem *Jctus* facundus, & cogitet, se sibi
 non soli natum esse, sed patriæ, & amicis, & DEO
 legum auctori & summo præfidi.

*f. Auct. ad
 Herem l. 4.
 c. 23.*

*Vile g latens virtus; quid enim submersa tenebris
 Proderit obscuro? veluti sine remige puppis,
 Vel lyra, qua reticet, vel qui non tenditur arcus.*

*g Claudian.
 4. Consul.
 Hon. v. 222.*

Jura igitur eloqui h copiose, modo prudenter, melius est,
 quam vel acutissime sine eloquentia de jure cogitare, quod
 cogitatio in se ipsa vertitur & finitur, eloquentia vero ad
 eos quos extenditur, quibuscum communitate conjuncti
 sumus, & efficit, ut domus i *Jcti* totius oraculum civita-
 tis sit, quemadmodum olim Romæ *Quinti Mucii ja-*
 nua maxima quotidie frequentia civium ac splendore sum-
 morum hominum celebrabatur.

*h. Cic. off. l.
 l. c. 44.
 i d. orator.
 l. 1. c. 45.*

Quod si jam rerum illarum omnium, quæ ju-
 risprudentiam consummant, abunde quis compos
 factus, & Divinarum atque humanarum rerum cal-
 lidissimus sit, justus atque injustus peritissimus, careat
 vero *Philosophia*, quam alteram orationis meæ par-
 tem feci; non custos legum erit, sed oppugnator,
 nec justitiæ defensor, sed everfor & hostis & pulcher-
 rimam atque innocentissimam jurisprudentiam, quæ
 afflictæ salutis ara, & ærumnosæ probitatis portus
 atque perfugium esse debebat, in ignominiosam sui,
 & deplorandam civium suorum perniciem detorque-
 bit, & ex optimis legibus fel atque venenum confla-
 bit,

PHILOSOPHUS.

bit, uti bufo ex saluberrimis floribus acerbissimum virus colligit. Nulla tam detestabilis pestis est, nulla tam infelix labes, quæ non reipublicæ contrahatur à *JCS* non *Philosopho*, qui jus quidem novit, sed odit, qui legitimos tramites, quos investigavit, excedit ac violat, qui suum & alienum discernit quidem, sed præpostera cupiditate suum fastidit, alienum appetit. Equidem horrendum dictu est, eum, qui tam familiariter & tam prope dignitatem atque præstantiam justitiæ intuetur, splendore illius non moveri ad venerationem atque obsequium. Sed duabus ex causis hoc nefas contingit, quod *JCS* defertor Juris & proditor fiat, nempe vel ob voluptatem, vel ob avaritiam gloriæ aut pecuniæ. *Alii* enim pecunia cupidi, gloria nonnulli, multi libidinum servi sunt, & vana levitate & jactatione jurisprudentiam ostentant, ut cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Quam insignem turpitudinem & obscœnitatem modis omnibus vitat, & à finibus Jurisprudentiæ arcet *Philosophia*, sive amor sapientiæ, quam vocem invenit *Pythagoras* I, qui & *Philosophum* se primus nominavit, & definivit, *Philosophum* esse venatorem veritatis, seu qui rerum naturam studiose intueretur. At vero omisit hæc definitio excellentissimam *Philosophiæ* partem, quæ in agendo consistit, & quæ detracta nullum *Philosophiæ* decus aut peculiare ornamentum relinquitur. Duo enim illius munera sunt, quorum inferius præcedit, & nuda rerum contemplatione & cognitione absolvitur, sine quo *JCS* neminem fieri posse, ex prima orationis parte jam satis,

opi-

k Cic. Fufe.
l. 2. c. 4.

l Id. l. 5. c. 3.

m Diog. La.
ert l. 8.

Segm 8. inf.

PHILOSOPHUS:

opinion, constat: Illustrius vero sequitur, & secundum rerum naturam bene cognitam peripsectamque omnes actiones nostras & totam vitam docet instituere & moderari. *Facere* enim docet *Philosophia*, & *vite* o *ars* ac *magistra* p est. Agendo igitur spectatur *Philosophus*, & hæc *Philosophie* primaria laus debetur, hic cognoscendi terminus pulchre constituitur, hoc scientiarum fastigium eminent, quod Jurisprudentiæ suæ si Ictus conjungit, nihil amplius desiderare potest ad beate feliciterque vivendum. Sicut enim Icti est, rerum naturam investigare, ita *Philosophi* est, secundum naturam vivere, in quo etiam omnes viri sapientes summum q bonum posuerunt, uti è contrario omnia vitia & unumquodque eorum propterea summum malum sunt, quod contra r naturam pugnant, & debitum ordinem deserunt. Non sine spatiosa oratione explicari potest plena difficultatum & molestiarum via, qua ad excelsam & arduam juris scientiam evadamus. Brevis vero & plana & facilis semita est, qua ad *Philosophiam* aditur, nec longo cursu opus habet, sed unico gradu, nec multo tempore, sed momento, nec sermone conquisito, sed simplici verbo, Quid s tibi opus est, interrogat Seneca, ut sis bonus? Respondet, Velle. Paucis r opus est ad mentem bonam literis, imo nullis. Nihil u opus est, cum, qui *Philosophus* sit futurus, scire literas. Sola enim voluntate perficitur omnis virtus. Per *Philosophiam* itaque non hic intelligo solam sapientiæ cupidinem atque sitim, quam sceleratissimi quoque & nequissimi homines satis acrem habent, & qua inflammantur etiam sophistæ &

n Sen. ep. 20.
o Cic. d. fin.
l. 3. c. 2.
p Tust. l. 2.
c. 6.

q Sen. d. o-
tio c. 31. Cic.
d. fin. l. 5.
c. 9.
r Sen. ep. 122.

s ep. 80.
t ep. 106. in f.
u Cic. d. fin.
l. 2. c. 4.

PHILOSOPHUS.

cavillatores, qui ostentationis aut quæstus causa tantum sapiunt, & qui cum Medea profligatissima & perditissima confitentur: *Video w meliora probog,*
Detiora sequor.

Indigni sunt *Philosophorum* nomine omnes illi monachi, uti vocantur, qui solivagis & aridis cognitionibus occupati sunt, & barbara ingeniorum suorum simulachra & foetibus enutriunt, omnes illi syderum speculatores, & rerum futurarum harioli & haruspices, omnes illi scientiarum in vita humana inutilium & otiosarum cultores & aucupes, qui difficilibus nugis animum dedunt, & laboriosis ineptiis operam navant, illi ipsi etiam, qui scientias optimas & saluberrimas tractant, non quia honestatis pulchritudinem admirantur, non ut meliorem animum inducant, sed ut vel patrimonium suum augeant, vel gloriam illustrent, vel voluptatibus famulentur. Exulant procul à *Philosophia* illi nomine *Philosophi*, ad quos hæc querela pertinet; *Nescio, x quomodo nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo Philosophorum?* Aberrant à *Philosophia* finibus illi sordidi advocati, licet juris consultissimi, qui efficiunt, ut innocentibus exclamandum sit: *Cui y tandem vitio advocatus defuit?* illi factores rixarum & disfidiorum, qui immortales lites esse cupiunt, ut immortalia ex iis lucra capiant, qui lingua venali patrocinium sacrilegorum arripiunt, & nocentem z atq; vando; *& nefarium impiumq; defendere sustinent.* Facessant etiam è conspectu *Philosophia* iudices, qui sententias non pronuntiant, nisi donis capti & irretiti, uti Proteus non vaticinari solebat, nisi manibus teneretur illaqueatus, & omnes

PHILOSOPHUS.

omnes tam juris interpretes, quam vindices & moderatores, qui *sanctissimam rem, quam profitentur, pretio a nummario debonestant.* Neminem appello *Philosophum*, nisi qui casto sapientiæ amore flagrat, quia ipsa pulchra & decora est, non quia ad honores & divitias forte aliquando iter sternit. Qui enim sapientiam propter divitias amat, non ipsam diligit, sed divitias, & si has sine illa acquirere posset, tota sapientiæ castra desereret, uti qui honoris & famæ causa bonus est, & virtutem *b suam publicari vult, non b virtuti laborat, sed gloria.* Et cum, ut sæpe fit, in virtute gloriam, in sapientia opes quærens, spe deturbatur, & in paupertate nudus atque pannosus, in contemptu despiciatus & vilis destituitur, fieri non potest, quin contristetur miser homuncio, & virtutem devoveat, quia non invenit, quod ex ea petierat. *Philosophus autem & vere sapiens in se e totus conversus est, quia omne d bonum honesto circumscripsit, & magis novit esse divitias, nobilitatem, regnum e fastidire, quam accipere. Si eorum aliquid habuerit, bene utitur: Si non habuerit, sapienter carebit: Si amiserit, modestate feret, certus, in omnibus munerum fortuitarum jacturis omnia g se sua retinere. Nihil opinionis, h omnia conscientia causa facit, nihil i in famam laborat, nec tam studet, ut bene a populo audiat, quam ut bene de republica mereatur. Virtutem itaque Philosophia, & veris Philosophus virtutis studiosum a mantemque significat, qualem primum Socratem k fuisse, & ob id Philosophiæ parentem juste dici, & ipsius oraculi sententia virtutem i amantem sapientissimum ap-*

l. 1. § 5. d. extraord. cogn.

b Sen. ep. 113. inf.

c Cic. d. fin. l. 3. c. 7.

d Sen. ep. 74. e Curt. l. 4. c. 1.

f Cic. d. orator. l. 2. c. 11.

g Sen. d. vit. beat. c. 26.

h Ibid. c. 20. Id. d. 12. l. 3. c. 41.

k Cic. d. fin. l. 2. pr.

l Diog. Laert. l. 2. Scip. gm. 37. inf.

PHILOSOPHUS.

m *Id. pro-* pellari, *Philosophorum* historiae in testes sunt. *Ille*
am. Segm. enim primus a *Philosophiam* devocavit e caelo, & in urbi-
 14. bus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coegit de
 n. *Cic. Tusc.* vita & moribus, rebusque bonis & malis quarere. Nec
 l. 5. c. 4. tantum disputavit de moribus, sed, quod praecipuum
 est, bonos ipse mores usurpavit, adeo ut *sapientium*

o *Sen. ep. 6.* o turba plus ex moribus, quam ex verbis ejus traxerit.

Non tamen omnium virtutum chorus ad *Jctum* pertinet, sed sola *Justitia*, virtutum aut praestantissima, aut humanae societati & vitae utilissima. *Quan-*

p *Cic. d. ora-*
tor l. 3 c. 14.

q *Sen. ep. 109.*
 113.

r *Cic. d. or.*
 l. 1. c. 18.

s *Non. 69. pr.*
Theogn. v.

147.

quam p enim sunt omnes virtutes aequales & pares, sed ta-
 men est species alia magis alia formosa & illustris. Et

quanquam omnes q virtutes simul sint, & aeterna qua-

dam concordia inter se cohæreant, adeo ut qui i u-
 nam habet virtutem, omnium particeps sit, unde *justiti-*

am ceteras quoque virtutes in se continere, non-
 nunquam s legimus; tamen non omnes simul exer-

centur, nec omni temporum sorti omnibusque per-
 sonis aequè conveniunt. Quomodo igitur *tempe-*

rantia medici, fortitudo militis, parsimonia paupe-
 ris, liberalitas opulenti propria videtur virtus pra-

coeteris esse; ita ad *Jctum* *Justitia* pertinet, sive *con-*

stans & *perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi*. Quâ

Justitiae definitionem sacratissimus *Romani* juris com-
 positor ipsi quasi fronti *Institutionum* praescripsit, ut

omnes, qui aditum ad legum sacraria molirentur, *common-*

efaceret officii, ad quod totam juris doctrinam exigere & impendere deceat, & ut manifestum

redderet, *Jurisprudentiam* reipublicae inutilem & pe-
 stiferam fore, nisi ad *justitiam* dirigatur, & *Jctum*

frustra

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

frustra leges scire, nisi easdem & amet, & firmitum
propositum habeat ab illis nusquam discedendi.

Quis ergo non videt, quam pulchre *Philosophus*
JCto conveniat, qui ultimus orationis meæ articulus
est & sponte ex prioribus fluit? Uti nihil immanius
neque turpius est, quam si *JCtus* injuriarum occasio
fiat, nec suam vitam ad jus instituat, sed jus & leges
ad sua commoda & compendia violentè distorqveat
& inflectat, & labatur *in officio*, *cujus magister esse* ^{*Cic. Tuscu*}
vult, *artemque juris professus delinquat in juro*; ita ex ^{*l. a. c. 4 in f.*}
contrario nihil divinius est, nihil exoptabilius *JCto*
Philosopho, qui jus, quod interpretatur, sponte sequi-
tur, & quod alios facere docet, ipse prius facit, nec
verbis suis, aliud agendo, fidem & auctoritatem adi-
mit. Imo si alterutrum eligendum est, longe fatius
fuerit, *Philosophum Jurisprudentiam* carere, quam *JCtum*
Philosophiam destitui. *Justitia* enim & hujus amor, ^{*Id. eff. l. 2.*}
Philosophia, sine prudentia multum poterit: Sine justitia ni- ^{*c. 9. in f.*}
hil valebit prudentia ad faciendam fidem, & ad juvandam
republicam. Quo enim versutior quisque est & cal-
lidior, hoc invisior & suspectior fit, detracta opinione pro-
bitatis; & quo *JCtior*, hoc nocentior, nisi *Philosophus*
sit, & integer justitiæ cultor. *Philosophus* etiam, quan-
tumvis bardus & stupidus, tamen lento gradu si non
ad omnem, ad aliquam saltem *Jurisprudentiam* tan-
dem perveniet. Nihil enim tam alte natura consti- ^{*Curt. l. 7.*}
tuit, quo *arsus* & industria non possit eniti. Et quamvis ^{*c. 11.*}
Philosophie & vis non idem possit apud omnes, sed tum va- ^{*Cic. Tuscu*}
leat plurimum, cum est maxime idoneam complexa naturâ; ^{*2. c. 4.*}
tamen aliquid apud quemque valet pro cujusque in-
genio,

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

genio, quod Deus infudit. Nec fatum suum indolemque acceptam vir *Philosophus* unquam accusat, sed quae y natura aut fortuna dantur hominibus, in iis rebus se vincti posse, animo aequo patitur, nec sua referre putat, qualem in vita communi personam sustineat, sed quam bene & fideliter eam gerat. *Scitus* vero acutissimus quoque & subtilissimus tamen in desperatis ac perdis plane habendus est, si *Philosophi* partes à se rejiciat. Quis enim huic succurret? Quis medebitur animo flagitioso & contaminato? Faces & eripere de manibus improborum possumus, & gladios extorqueere & voluntates vero consceleratas quis sanare, quis tollere, & ad justitiam convertere potest? Nam libera a hominum mentes sunt, nec ullis legibus aut viribus cogi possunt, velle quod nolint. Præterea si *Scitum* confideremus, observabimus & confitebimur, eum nunquam perfectum & consummatum esse, nunquam ad terminum scientiæ pervenire, nunquam ad eum cognitionis gradum eluctari, ut dicere possit: Satis scio; nihil jûris me latet. Nam optimus & etiam quisque Doctor ad discendum paratus sit, & perfectissimi cujusque summa sapientia est proficere, placidaque sedulitate & attentione ulterius aspirare. Vivere e tota vita discendum est, & nullum d magnum ingenium sine mixtura dementiæ fudit, & humani e juris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eo, quod stare perpetuo possit; & tanta Jurisprudentiæ amplitudo est, ut homo *Scitus* omnibus, sed certi in certis tantum ejus partibus excellant atque emineant. Contra *Philosophus* & statim fit, & perpetuo manet, nec externis magistris, nec adventitiis institutionibus opus habet, sed intra se felix ac doctus est.

Deni-

y *Id. d. orat.*
l. 2 c. 11.

z *Cic. pro*
Sull. c. 9.

a *Barclaj.*
Argen. l. 3.
p. m. 337.

b *Calvin. In*
st. L. 3. c. 2.
n. 4.
c *Sen. d. bre-*
vit. vit. c. 7.
d *Id. d. tran-*
quill. cult.
e *l. 2. §. 18.*
f *C. d. V. 7. E.*
fl. r. §. 5. in
f. C. d. t.

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

Denique *Jctus* *Philosophia* contemtor ad legum
 observantiam sæpe obtorti collo trahitur, & reluctatur,
 & frænos mordet, & velut *malus g miles*, impet- g Sen. ep. 107
 ratorem gemens sequitur. *Philosophus* vero, etiam, si *Jctus* h Id. ep. 54.
 non sit, tamen nihil *h invitus facit*, sed necessitatem ef- in f.
 fugit, quia vult, quod ipsa coactura est. Hoc enim ex i Diog. La-
Philosophia i lucratur, ut *injussus* *liber* ea faciat, quæ a- ert. l. 5. Sen-
 ti suppliciorum formidine & legum metu. Quamob- gm. 20.
 rem *Philosophus* vicinus *proximisque Dei consistit*, & e- k Sen. d. con-
 jus legibus ita patet, ita acquiescit in illis, ac si ipse stant. c. 8.
 eas sibi dedisset. Quis ergo non malit *Philosophus*,
 quam *Jctus* esse, & quem non pudeat esse *Jctum*,
 sine *Philosopho*, & jus voce profiteri, vita & moribus
 violare? O beatam rempublicam, cui Princeps im-
 perat qui non tantum in *serinio*, sed etiam in pecto- l. 19. C. d.
 re jus totum habet; qui non tantum efficacissimis ju- testam.
 ris conditor *et* *interpret* est, sed etiam observator, m l. f. §. i. c.
 religiosissimus; qui legibus n *quidem solum se esse* no- d. ll. l. 2. Sa-
 vit, legibus tamen *sponte vidit* & dignum *per majestatem* 21. inf. c. 4.
 sua officium putat, juri sceptrum submittere, quod v. J. E.
 à jure accepit, & nihil *quod tam proprium imperii arbitra-* nl. 31. ff. d. ll
 tur, quam obtemperare, & tunc *potentissimum* *se* e- as. f. inf.
 xistimat fieri, *cum se habet in potestate*! O Sanctum tri- qvib. mad.
 bunal, in quo vel iudices & *Jcti* *Philosophantur*, vel test. infirmo
Philosophi judicant, qui non *simulant* neque *fucant*, p. l. 4. C. d.
 sed *veram* & solidam *Philosophiam affectantes*, *justitiam* ll. l. 23. ff. d.
 colunt, & boni & æqui artem exercent, æquum ab ini- leg. 3.
 quo separant, licitum ab illicito discernunt, & bonos tam q. l. 3. C. d.
 metu penarum, quam *præmiorum exhortatione efficiunt*. testam.
 qui nec *severitatis*, nec *clementia gloriam appetunt*, sed Sen. ep. 900
perpenso judicio, prout *quæque res exposulat*, causas deci- st. l. 1. §. i. d.
just.
et. d. in. pr. d.
pan.
volum

JURIS CONSILTIUS PHILOSOPHUS.

dunt, quos non odium, non invidia, non pecunia, non voluptates u blandissima Domine, gradu dejiciunt, aut a virtute detorquent, non dolorum faces admota, nec Phalaridis tormenta exquisitissima ad injustitiam & nefas adigunt, qui nihil pejus dedecore, w flagitio, turpitudine habent, qvz ut effugiant, non modo non recusandū, sed ultro appetendum, subeundum, excipiendum dolorem esse credunt, qui nullum x denarium intra limen suum admittant male intrantem, qui justii esse malunt cum infamia & paupertate, quam injusti cum gloria & divitiis! Qvam rari y sunt, qui ita Philosophantur! Quotusquisque z inter ipsos Philosophos invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, ut ratio postulat! Qvam sublimes vero & astris proximi, qui in tam sancto & tranquillo Philosophia culmine constituti sunt, quod licet propositum a. atque editum sit in altum, tamen a nullis invidia ventis circumstatur, nullis sollicitudinum & cupiditatum intempestarum nubibus tenebrisque serenitatem suam obductam videt! ?

Hæc est illa perfecta b Philosophia, quam Imperator laudat, & cujus vim tantam esse ait, ut ipsum amoris furorem, quo nihil est vehementius, compescat & contineat. Hic est ille vir justus & tenax propositi, quem Horatius c canit & admiratur supra omnes fortunæ minas & tyrannorum importunitatem positum, & securum ab omni parte, etiam si fractus orbis dehiscat & illabatur. Qui enim virtutis & innocentia suæ conscius, & legum præsidio armatus, justitiam tantum sequitur, & nihil extra eam quærit, & ex ejus arbitrio totus pendet; Optimus artifex d est humanae domandi mala, & ipse miseriae ipsularum.

elo.

u Cic. d. off. l. 2. c. 19.

w Id. Tusc. 2. c. 5.

x Sen. d. vir. beat. c. 23.

y l. 6. s. 7. d. excus.

z Cic. Tusc. d. l. 2. f. 4.

a Id. in Verr. l. 2. c. 41.

b Nov. 74. c. 4. pr.

c Hor. 3. od. 3.

d Sen. ep. 51. in l.

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

e loco habet, & in ipsa servitute liber, in ipso carcere. e. Id. consol.
 Te compedibusque solutus est. Imo nec poterat e car. *ad Hele. c. 13.*
cer videri, in quo Socrates erat. Hic est ille vir bonus, e. Id. d. c. 13.
 ad quem leges rigoris sui pertasæ passim g provo- *B l. 76. 78.*
 cant, tanquam ad oraculum justitiæ multa exigentis, *pro soc. l. 18.*
 quæ in legibus silentio transmittuntur. Neque h *jud. solv.*
 enim legum verbis tota earum sententia compre- *h. l. 10. 12. d.*
 henditur, neque constare ipotest jus, nisi æquitas & Phi- *ii. 2. 5. 13. d.*
 losophia. *J. Cei illud quotidie producat in melius. Quam-*
 obrem tunc demum audenter cum Gothofredo kaf- *o. 7.*
 firmare possumus, *J. Cum à viro bono nihil differre,* *k. ad l. 1. 53.*
Et, ei certissimam ad cælum patere viam, si hac salutari *d. per. 8.*
Philosophia instructus sit. Alias enim quam miser *comm. rei*
 est *J. Cens,* quam malus vir & pestilens, quam mi- *vend.*
 gnus, qui ad ima Tartara condemnetur ac detruda-
 tur, si leges, quas bene intelligit, pessime rumpit,
 ac violat, si magistratus, qui adulteriis pœnas scribit,
 toros alienos ipse polluit, si juris interpret, gloriæ
 ventosæ mancipium, opinionum suarum deliria, in
 quæ forte aliud cogitando incidit, adorat, & mor-
 dicus tenet, & errare maquit, eamque *1 Cic. Acad.*
sententiam, *l. 2. c. 3.*
quam semel elegit, pugnacissime defendere, quam sine per-
tinacia quid, constantissime ac verissime dicatur, exqui-
rit! An hic vir bonus est, etiam si leges omnes ad
 unguem calleat? Imo Plutonis effigies, qui etiam
J. Cissimus est, & tamen juris ruptor ac violator im-
 potentissimus. Longe diverso calle incedit vir bo-
 nus, & *J. Cens Philosophus,* nec gloriæ, sed veritati o-
 peram dat, nec lucro turpi inhiat, sed Justitiam ar-
 ste complectitur, & ipsam satis magnum sui preti-
 um

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

um & auctoramentum esse judicat, nec voluptatibus servit, sed legibus parendo regnat & latissime dominatur. *Ad omne in pulchrum sine ulla cavillatione procurret, stet illic licet carnis fex, nec cuiquam opiniones suas obtrudet, nec irascetur, si quis reclamat, nec indignum putabit, cum re a mutare consilium.* Modeste sententiam suam dicet, placide judicia aliorum audiet, & semper illud cogitabit, *posse o non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri.* Quocirca cum non tantum singulos legum interpretes, sed integra *J*ctorum collegia atque sectas inter se arietare atque configere cernet, & ex iisdem legibus diversissimas pronuntiare sententias audiet; non mirabitur, sed perpendet secum, *naturalem p esse hominum ad dissentendum facilitatem,* & veritatem legum quidem simplicem esse, varios tamen vultus induere ex capitum jus dicentium multiplici forma, & ex factorum, de quibus jus redditur, discrepantia infinita. *Quod autem alii minus Philosophi animo in quo ferunt, se redargui resellique;* illud *J*ctus Philosophus sibi gaudet contingere. Si enim bene sensit, reprehendi nequit; si male, meretur, maximeque, laetatur, se emendari, & eam veritatem, quam tanto studio frustra quaesivit, ab aliis sine labore suo inventam & sibi communicatam non minus laete admittit & exosculatur, quam si ipse ejus parens atque effector fuisset. *Uti ergo pessimus q quisque corruptorem afferrime patitur, ita bonus gaudet admoneri, & plurimos optat vitae sermonisque sui observatores correctoresque se circumstare, ut eo cautius disce-*

Sen ep. 66.

Id. d. ben. l. 4. c. 38.

Cic. d. orator. ab Brut. c. 16.

p l. 17. §. 6. recept. qui arbitr.

q Sen. d. iv. l. 2. c. 27.

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS

incedere. Licet enim illi aliquando latratibus parum congruentibus instent, & veritatem non minus impudenter, quam errores acerbe invadant; tamen calumnias quoque in suum emolumentum Philosophus rediget. Quippe marces sine adversario virtus, nec unquam veritas magis invicta apparet, quam cum mendaciis undique oppugnatur. Invulnerabile enim est, non quod non feriam, sed quod non laedatur, & in ea, quae firma & insuperabilia sunt, quisquis incurrit, malo suo vim suam exercet, dignus, in quem occinatur.

Id. d. pro-
vid. c. 2.

Id. d. con-
stant. c. 3.

Id. d. vic-
beat. c. 27.

Plant.
Curcul. AB.

1. scen. 3. v. 41.

Cic. Tusc.
2. c. 2.

Cic. d. fin.
1. 5. c. 21.

Sen. ep. 70.
2 l. 2. 9. 14.

C. d. V. J. E.
a Cic. d. in-
vent. 1. 2. c. 2.

Noli v, amabo, verberare lapidem, ne perdas manum. **F**ertus itaque Philosophus non certis & quibusdam destinatisque sententis addictus & consecratus erit, nec ea constructus necessitate, ut ea, quae secum improbat, constantia causa defendat publice, sed in obscuris & parum apparentibus sequetur probabilia, nec ultra id, quam quod verisimile occurrerit, progrediens & refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia paratus erit. Si quid ignorat, nunquam erubescet addiscere, sed cum Platone beatum & praedicabit eum, cui etiam in senectute congenerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit. Si malevoli circumstantes irrideant, & vel errantem, vel errores deponentem exhibent, sciet, quod ad honestam & videnti contemnendus sit iste contentus, quod omnium & habere memoriam, & penitus in nulla peccare, Diogeni vituperatus sit, non mortalitatis, quod non parum a cognoscere turpe sit, sed in parum cognito stultis ac diu perseverasse.

Felicem Academiam Viadrinam, ejus tam Procures & Patres conscripti, quam Juvenes & stu-

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

diost Auditores ad bonam mentem & atream *Philosophiam* magno cursu ac totis viribus tendunt. ! Felix hoc Themidis antiquæ solium, hanc legum arcem munitionissimam, hanc Cathedram, talem tantam *Jurisprudentiam* vestræ, quam *Philosophie*, Viri Consultissimi, Justitiæ tutores atque auctores, Præceptores mei, honorumque meorum Auspices meritisissimi! Vobis debeo, quod hoc eventus sum: Vobis redam semper, quantum gratiarum potero, seduloque cavebo, ne beneficia vestra & munera in me collata ullo pudoris vestigio aut improbitatis nota deturpem. Vos, qui *veram Philosophiam* non affectatis tantum, ut *Ulpianus*, sed impetrastis jamdudum, Vos reverenter suspiciam & imitabor, & quoniam in vobis pulcherrima lineamenta *Juris Philosophi* deprehenduntur, ideo ad vestrum exemplum mores effugiam, & à vobis discam tam diligentissimum, quam observantissimum Juris interpretem ac Probissimum agere, quia *discere b oportet à facientibus, quid faciendum sit.* Alquandi quidem vestigia vestra spem nullam habeo, summa tamen imitandi cupiditate ardeo, cum ut satisfaciam semper videbor omnes nervos & industriam attulisse. Vivite longævitate felices, Viri omnium collegiorum & ordinum excellentissimi, solidæ eruditionis & incorruptæ *Philosophie* præclara Luccina. Novum annum haud ita pridem exorsis, emeritque, sæculi paulo post celebraturis finem ex animo gratulor, & in amplissimas pro salute vestra preces descenderem, nisi scirem, *Philosophum* non esse, vota longa exaudire aut

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

aut facere, sed recte vivendo omnia felicitatis vota
præoccupare ac vincere, & *felicitissimum* credere, *c. 11. ep. 96.*
eum, cui *felicitate opus non est.* Favete mihi, & be-
nevolentiam pristinam conservate; & ab ore vestro
pendere semper concedite, tanquam fidelissimo ve-
stræ sapientiæ alumno & admiratori. Vos quoque
Florentissimi Juvenes, ornamentum Academiae,
Musarum amor, cum novo anno Professore me-
novum accipite, & persuadeate vobis, me studiorum
vestrorum strenuum comitem, & in castris Justitiæ
contubernalem perpetuum fore, nihilque magis in
curis habiturum, quam ut talis sim, qualem me esse
optaveritis. Tu imprimis, sanctissime & DEO si-
millime Princeps, FRIDERICE, Pater gentium Bran-
denburgicarum, vivum & præsentissimum Juris O-
raculum, cujus imperio & auspiciis profiteri & inter-
pretari leges jubeor, permitte, ut Tibi me totum
jam consecrem, & in Te oculos meos assidue figam, *§ N. 105. v.*
quoniam Tu *lex & animata & loquax* es, quam in- *ult. §. 4.*
tuentur & adorant omnes, qui legibus servant, *c. Cic. d. h. l.*
Unicum est Juris præceptum, quod cætera compre- *3. c. 1.*
hendit: *Suum cuique tribuere.* Idem quod dies
noctesque Tibi in animo & cogitationibus obverfa-
tur. Sicut ergo *suum cuique tribuere* gestis, ita vi-
cissim Tibi Tuum quisque aut vi coactus, aut sponte
obtemperans redat. Hostes civitatis, a quibus
Tuum fortiter repetisti, indignantur quidem, & mor-
dent ungues, sed hiscere non audebunt, nec manum
contra Te tollere, aut *scilicet* tollent, magnis cladibus do-
cumentum dabunt, quanti constet, Dextram Tuam

JURIS CONSULTUS PHILOSOPHUS.

armis tam invictam, legibus tam inculpatam laces-
sere. Diu ceteribus interesse humanis, ELECTOR
Augustissime, & temporis nostri tranquillitatem ad
posterum transfer. Vivat PRINCEPS, ditionum
Tuarum ac virtutum Heres, est Tibi Nepotes gene-
ret avitarum laudum æmulos & imitatores. Sangvis
Tuus & Progenies Divinae originis Tuo Solio nun-
quam deficiat, quia superstiti nunquam Astræa ter-
ris nostris erepta esse videbitur. Te fovente &
protegente, Universitas Viadrina, mater artium,
perget Tibi educare Heroes togatos, & memoria
omnium seculorum probabit, totum imperii & corpus
*in similitudinem Principis conformari, & nulla ætate,
nulla regione plures nasci ceteras Philosophas, quam
ubi Numinis Tui præsentia est, & cum ex-
pressa Justitiæ imago & pulchritudo in Te
conspicitur.*

f. Sen. d. clē.
h. 2. c. 2.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z158844602



